uerat moriens q̄z ſeditiones excitaret. Sed optimates terre poſſeſſionē imꝑatori friderico tradendā cenſuerunt ea lege vt cōpetitoribus ſcḋm prouincie cōſuetudinē in iuditio reſponderēt. Relicta vlrici armis defendere que poſſidebat decreuit. Fridericus manu potenti cū plura caſtella obtinuiſſet in cilia tādē receptꝰ eſt. Arces loci tradēte iohāne vitonitio natione bohemo. qui cū fuiſſet magiſter milicie comitis accepta ceſaris pecunia a ꝯiuge eius defecit. ſed mox penitentia ductus grande auſus ⁊ inexpiabile facinus tāq̄z ſcelus ſcelere redempturus imꝑatorē iā ſibi ſecurꝫ ⁊ cū paucis cilie morantem nocte cōcubia intercipe aggreſſus eſt. Corruptis nanq̄z opidanoꝝ pleriſq̄z qui ſibi aduenienti partem oppidi traderent. Hora cōſtituta cum octingentis equitibus intromiſſus cūcta miſcere armis cepit. Affuit diuina pietas Friderico que illi preter cōſuetudinē in arce ſupiore ⁊ humana ope munitiſſima ea nocte dormiendū ſuaſerat. proceres q̄ remanſerant in oppido capti omnes in quos ⁊ Johannes vnguadius cūctis ſtirienſibus opulentior cū Georgio fratre abductus eſt. necnō Ulrico auſtrie cancellario. q̄uis eſſet epūs ⁊ ad eccīam confugiſſet parſuꝫ eſt vſq̄z adeo apud hoīes noſtri ſeculi diuīa ⁊ hūana iura perierunt. Traditori bohemo diuiti ſpolio locupletato nō defuerunt ex illo tpe adiutores. Fama eſt ea ꝯcelebris inter ſtirieſes nobilē quempiā fuiſſe cui ſepe in animū ceciderat ⁊ ſeipſum laqueo ſuſpendere. id egre ferentem ex docto quodā viro remedium petiuiſſe aduerſus eā temtationē. Conſiliū datū ꝑmiū vti ſacerdotē cōduceret. qui ſibi manente in arce quadā ſolitaria ſingulis diebꝰ rem diuinā faceret. paruiſſe nobilē atq̄z in annum ferme cōtinuaſſe nulla ſuſpendēdi cogitatione interueniente. Poſtremo rogatū a ſacerdote vt p̄ſbitero vicino q̄ dedicationē eccīe in proximo monte habiturus eſſet auxilio eſſe poſſet. licentiā dediſſe ꝓponentem in animo paulopoſt ſequi et ſacris intereſſe. ſtetiſſe diu poſtea nunc vna nunc altera cauſa retentū. deniq̄z circa meridiē profectū agreſti cuidaꝫ in nemore occurriſſe qui rem diuinā in monte peractam eſſe populumq̄z omnē abijſſe diceret. cōtriſtatum eo nuncio nobilem infelicē ſe eſſe dicentē qui eo die ſacrū corpus xp̄i non vidiſſet. agreſtem conſolari cepiſſe vēditurꝫ ſi vellet nobilis emere p̄miū quod intereſſendo diuinis meruiſſet. ſagūq̄z nobilis petiuiſſe precij noīe. venditione facta nobilem nihilominus montē aſcendiſſe atq̄z oraſſe in templo. reuerſus autem in proxima arbore ſuſpenſum agreſtem inueniſſe. ſed poſtea diris cogitationibus haud quaq̄z vexatū fuiſſe
In hac prouincia decoctum ſal ad vicinas regiones importatur. Ea ⁊ ferri mineras locupletas habet. Et argenti fodinas non ignobiles. q̄uis in curia principū argentum haud multum effundatur.

De auſtria germanorum celebri prouincia